



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

cv. Ad eum qui euomit cibum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Ad nauseantem.

LA SER & suillam carnem aqua conspergito, eius cibatui tessellatim dato, & quamdiu cibum fastidit, tamdiu simili aqua carnem inspergito.

Ad eum qui euomit cibum.

EVOMVISS E cibum cognoscitur accipiter ex eo quod tristis est. Curatur ita. Folij partem vnam, & costi tantundem, piperis grana duo, in vnum tunsa, & cum melle subacta edenda præbeto.

Ad cruditatem & nauseam, alia remedia.

SI cibi permanent in stomacho crudi, eosque non euomuerit, vsque ad decimam diei horam nullus cibus est ei dandus, sed tantum aqua tepens cum oleo & sale in illius os infundenda est, aut aqua marina tepefacta, & ita post horam aluum deijciet, & adiuuabitur: deinde eidem passerculi duo, troglodytæ appellati viui obiiciendi. Sed si ante cibum euomuerit, nihil dandum, nisi sola tepens aqua mista cum oleo: postero die gallinacei pulli vino potati, cibatui, & potui sanguis dandus.